

343

33 **B**enedicam dño in omni tempore
semper laus eius in ore meo.

In dño laudabitur anima mea:

audiant mansueti & letentur.

Magnificate mecum dñm & exaltemus
nomen eius in idipsum.

Requisiui dñm & exaudiuit me & ex omnibus
tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum & illuminamini.

& facies vestre non confundentur.

Iste pauper clamauit & dñs exaudiuit eum
& de omnibus tribulationibus eius saluabit eum.

Inmittet angelus dñi in circuitu
timentium eum & eripiet eos.

Sustate & uidete quomodo suauis est dñs.
beatus uir qui sperat in eo.

Timete dñm omnes sancti eius quomodo non est
inopia timentibus eum.

Diuites eguerunt & esurierunt. Inquirentes autem
dñm non minuentur omnibono.

Venite filii audite me timorem dñi docebo uos.

Quis est homo qui uult uitam.